



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 333 - 337. De iugeribus atque agris traditis in villis Hodeheshus, Meynberghun, Uppus, Linisi, Bernestorpe, et Foanrode in pagis Itergowe et Mersthem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
890vique  
900. re-  
gnante  
Arnolfo

§. 333.

Tradidit folcdaguf in *hodebefbus* (f) pro patre suo hillibodon LXXII iugera et II iurnalef.

§. 334.

Tradidit ova pro fe et pro fratre suo bernhardo quidquid habuerunt in *meynberghun* (t).

§. 335.

Tradidit drogo in *uppus* et in *linifi* (u) XIII agrof.

§. 336.

Tradidit folcred pro fratre suo alfrico unam familiam in *berneftorpe* (v) et XXX iugera.

§. 337.

Tradidit *uucibeth* unam familiam pro fe in *foanrode* (w) et XXXV iugera et II manf. pro patre suo *bardone*.

§. 338.

nonisburgo, adpellationem traxit. Ex quo conclusimus, *Helmericum* nostrum Brunonianæ stirpi esse adnumerandum.

De villa  
Hode-  
hesus.

(f) *Hodebesus* villa in nostro non reperitur Registro. Nescimus ergo, quinam intelligatur designari vicus. Id est, quod valde dolemus. Ex situ enim huius villæ coniectura duci posset, ad quam familiam *Folcdagus* eiusque pater *Hillibodon* spectasset. Ex quo momento porro coniectari posset, quis *Luidolfi* ille proximus fuerit, pro quo idem quædam donauit, restante §. 324, in pago Nithega in villa Bouingthorpe. Hinc porro conicere possemus, cuiusnam stirpis fuerit vxor illius *Luidolfi*. Interim reperiuntur loca huc facientia passim e. g. *Heddenbusen* in præfectura Hardesen, *Hetgersbusen* in præfectura Harste in principatu Göttingensi, *Heddingbusen* in dynastia Canstein, *Heddingbusen* haud procul ab oppido Geseke, *Heddingbusen* non procul a vico Delbrugge, *Hodincbusen* in dynastia Buren, et *Huddingen* in præfectura Wildungen in principatu Waldecensî. Fortassis intelligitur *Heddenbusen* in præfectura Hardesen. *Folcdagus* itaque fortassis fuit filius Hildeboldi, nati ex Thiadhardo e stirpe Northheimensî, de quo videas §. 104. not. (1) velim.

De villa  
Meyn-  
berghun.

(t) *Meynberghun* rursus non inuenitur in nostri abbatis Registro. Nescimus ergo, vbinam locorum eadem villa exstiterit.

De villis  
Uppus et  
Linifi.

(u) Desiderantur in Registro nostro villæ *Uppus* et *Linifi*. Tacente ergo membrana, tacemus et nos. Quamvis enim abbatia nostra in vico *Linsen*, cuius ecclesia filia est ecclesie in Halle in Principatu Brunsvicensi, et in vico *Uppen* in præfectura Gronau in Hildesheimensî episcopatu bona quædam habuerit, et perhibere possemus, *Dragonem* nostrum spectasse ad progenitores nobilium dominorum de Escherde, nihil tamen horum definire audemus. Esto iudicium penes lectorem.

De villa  
Berne-  
storpæ  
in pago  
Itergo-  
we.

(v) *Berneftorpe* collocatur ab abbate Sarachone in pago *Itergowæ*. Intelligimus ergo, designari vicum *Berndorf* in Eisenberg præfectura principatus Waldecensî. *Alfricum* itaque et *Folcredum* ad stemma Widikindeum propter bona et nomen retulimus supra §. 104. not. (†††) cum negari non possit, gentem Widikindeam in eodem pago amplissima possedisse prædia.

De villa  
Foanrode  
in pago  
Merit-  
hem.

(w) *Foanrode* villam tribuit Saracho pago *Mersthem*, quem in ducatu Calenbergico exstiterisse, iam supra §. 231. docuimus, vbi præterea vidimus, Beuonis comitis filii